VI

quisque quodcumque fecerit bonum.
hoc percipiet a domino. sive servus.
sive liber. Non ad oculum servientes. q. d. sed sic
servi dei videtis in corde. ubi non homo
videt. facientes voluntatem dei ex animo. similiter quoque
cum bona voluntate sitis vos etiam carnalibus dominis ser-
vientes sicut. i. ac si domino serviatis et non hominibus
Scientes quia unusquisque sive servus quodcumque bo-
num faciet hoc percipiet. non ab hominibus sed a deo immo.
XXIX. Et domini eadem facite illis remitten-
tes minas. scientes quia et illo-
rum et vester dominus est in celis. et perso-
narum acceptio non est apud eum.
et vos domini facite illis servis vestris. eadem. sed que debetis il-
lis. ut mercedem reddite. ex bona voluntate. remit-
tentes minas quoniam et
XXX. De cetero fratres confor- et quia personarum
tamini in domino. et in potencia
virtutis eius. Induite vos arma-
turam dei. ut possitis stare adver-
sus insidias diaboli. Quoniam non
est colluctacio adversus carnem
et sanguinem. sed adversus prin-
cipes et potestates. adversus mun-
di rectores tenebrarum harum
contra spiritualia nequicie in celesti-
bus. De cetero fratres et quicumque contra inpugnationes ho-
stis. confortamini in domino. i. in eius auxilio et po-
tencia virtutis eius. quod ipse dat pugnare volentibus.
ut autem confortemini. induite vos armaturam fidei
ut possitis stare adversus insidias diaboli. et recte di-
co diaboli. et necesse est ut stetis. quia colluctacio quedam
que dure est et non est adversus carnem et sanguinem. i. non est
adversus homines qui sunt infirmi et visibiles hostes. sed
adversus principes et potestates. et adversus mundi recto-
res. non illius de quo legitur mundus per ipsum factus est. sed
illius de quo ibidem supponitur et mundus eum non cognovit.
i. dilector mundi. Unde quasi interpretans quod dixerat mundi.
addit. tenebrarum harum. ad quas diabolus malus instigat

dicitur rector earum. Unde apostolus ait. contra spiritualia nequicie.
i. contra spiritus malignos. qui sunt in celestibus. id sunt
potestates aeris huius que dicitur celum. Unde aves celi di-
cuntur. Istas. non contra malos quos ipsi equitant. nobis est pug-
na. sicut in prelio. non contra equum sed contra equitem. qui si vin-
citur. et quantum potest hoc agit. ut equitem perimat et equum
possideat. Sic ergo laborandum est ut deiciatur diabo-
lus. et infelix quem possidere cepat. vinctis cupiditatibus
libere-
Propterea accipite arma- tur.
turam dei. ut possitis resistere
in die malo. et in omnibus
perfecti stare. Propterea quoniam. s. contra spiritualia col-
luctacio est. accipite spiritualem ar-
maturam dei. q. sic vos armate ut spiritualibus nequiciis
possitis resistere. in die malo. huius vite temptacionibus
plene. et possitis stare perfecti in omnibus. conscienciisque unde
State ergo succincti lum- licet pro
bos vestros in veritate. et indu- vos
ti loricam iusticie. et calciati pe-
des in preparatione euuangelii
pacis. in omnibus sumentes scutum
fidei. in quo possitis omnia te-
la nequissimi ignea extingue-
re. Et galeam salutis assumite.
et gladium spiritus quod est ver-
bum dei. Per omnem orationem
et obsecrationem orantes omni
tempore in spiritu. et in ipso vigilan-
tes in omni instancia et obse-
cratione pro omnibus et pro me
ut detur mihi sermo in apertione oris
mei cum fiducia notum facere
misterium euuangelii. pro quo lega-

tione fungor in cathena. ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui.

State ergo. scilicet vos vel, ne quis fornicetur falsitate ad deos alienos. Induti loricam iusticie. quia unicuique reddatis quod suum est. et calciati pedes. ne terrena tangant. cum ubi reddende iustificationis initio est. in preparatione evangelii pacis. quasi dicat: philosophorum quodammodo preparatur et oportuna redditur predicatio evangelii pacis. scilicet quod de humani generis reconciliatione ac sanctificatione. Marcus dicit apostolos sandaliis vel soleis calciari. ut scilicet pedes neque tectus sit. neque ad terram nudus. id est ut evangelium nec occultetur. nec terrenis comodis inniteatur. In omnibus agendis. sumentes scutum fidei. qua creditur veritati quem deus et dominus diversa per ipsum reddenda iustificatio. Sed quia fides est scutum in quo possitis extinguere ignea tela nequissimi. id est incentiva diaboli. Omnia et cetera contra veritatem dei alienae culture suggerit falsitatem et cetera contra iustificationum diversitatem eandem omnibus observantiam et cetera contra celestium dexteram terrene intentionis sinistram. et galeam salutis assumite. Superiorum spe gaudentes. et his quidem armati hosti non cedi tis. ad ipsum vero fugandum et deiciendum. assumite gladium spiritus. id est quem dat spiritus. scilicet quod est verbum dei gladius bis acutus. docens de temporalibus et de eternis. illorum consolationem. vel eorum istorum perfectionem. novo testamento preminentis. et a mundo que circumque percutit dividens. quando vobis armatura dei et cetera usus non est in agendis. state in bello orantes per omnem orationem. sive adiurationem et per obsecrationem. id est cum adiuratione omni tempore. non sub oculis. sed in spiritu et in mente. et in ipso spiritu vigilantes. id est solliciti in omni instancia et obsecratione. id est instanter obsecrando pro omnibus sanctis et pro me ut michi a deo detur sermo quem tribulatio non obtundat. detur inquam in apertione oris mei. ut spiritu presens in me loquitur ita. ut cum fiducia. id est non dum reprehendente me conscientia mea. possim notum facere. id est copiose et manifeste loqui. quod est apertio oris. Quia vos notum patet ad vos o corinthi misterium regni. id est sacramentum a seculis absconditum. pro quo revelando missus sum. et legatione fungor. nunc tamen est positus in cathena. ita cum fiducia. Ut in ipso evangelii ministerio exponendo audeam prout oportet me loqui.

Ut autem et vos sciatis que circa me sunt. quid agam. omnia nota vobis faciet Tychicus karissimus frater. et fidelis minister in domino. quem misi ad vos in hoc ipsum ut cognoscatis que circa nos sunt. et consoletur corda vestra. Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre et domino nostro ihesu christo. Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum ihesum christum in incorruptione amen. XXI

Ut autem et vos sciatis. que undique circa me sunt tribulationes multe et quid agam. id est quomodo constanter multas me habeam. Omnia et cetera. consoletur exemplo. Pax fratribus et caritas cum fide. id est fides que est etiam a deo. Gratia sit cum omnibus qui diligunt christum tendentes in dominum incorruptibile amen.

Philippenses sunt macedones. hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. nec receperunt falsos apostolos. hos collaudat. scribens eis ab urbe roma de carcere per epaphroditum.

Philippenses sunt macedones qui ipso apostolo predicante crediderunt in christo. apud quos multa ab infidelibus passus. et in circumiacentibus locis a pseudo apostolis qui legem cum evangelio dicunt tenendam sepe sollicitatus. timet eis similia. ideoque plurima excitacionem monet et vos ad omnia pacienter pro christo sustineant et pseudo apostolis non consentiant. his etiam moralem admonitionem inserit. et de gratia quam sibi sepe et nuper romam per epafroditum miserant gaudere se dicit. per eundem namque epafroditum a roma scribens eis: primo salutat eos et cetera.

I PAULUS ET Timotheus servi ihesu christi omnibus sanctis qui sunt in christo ihesu qui sunt philippis. cum episcopis et diaconibus gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus

[I]n principio erat verbum et
verbum erat apud deum.
et deus erat verbum. Hoc e-
rat in principio apud deum.
Omnia per ipsum facta sunt.
et sine ipso factum est nich[il].
Quod factum est in ipso vi-
ta erat et vita erat lux hom-
inum. et lux in tenebris lu-
cet et tenebre eam non com-
prehenderunt. Quatuor faci-
es unum erant.

Sicut trinitas personarum unitati divine essentie non
preiudicat: sic nec quatuor evangeliorum unitati eorum. Et ut re-
fertur Ieronimus quatuor sunt evangelia. est tamen unum. Unitum potius
et magis proprie quatuor sunt unum: et unum quatuor. et quatuor e-
vangeliste. unum in materia. et tamen quatuor in persona. Item
ysidorus. Hec sunt quatuor flumina de uno fonte paradi-
si manantia, que quadruplici unione decurrunt. totum
irrigantes mundum. Item in zacharias. Vidi in equum
quatuor quadrigas egredientes de medio duorum mon-
tium eneorum. Has spiritus sanctus in canticis unam esse affir-
mat inquiens per salomonem. Nescivi anima mea conturbavit
me propter quadrigam aminadab. Per montes vi-
tam et excellentia eorum de quibus dicitur respicit humilia et alta.
que tamen ad montem montium ostenduntur. quorum
sonoritas et consonantia et perpetuitas in eo quod eterni sunt
officii. Verbum enim domini manet in eternum. Hee congre-
gate sunt aque de quibus dicitur. Inter medium montium pertransibunt aque.
evangelia scilicet predicationis et doctrine. Hee tamen prefiguravit ezechi-
el. uno alii habente quatuor facies. vel quatuor aliis singulis
habentibus quatuor facies vel capita. inter quas preminebat ca-
put aquile. sicut ibi dicitur. desuper ipsorum quatuor. id est supremum
illorum. ex omni parte autem illius aliis et cum unum illorum quatuor
capita apparebant. Unde et revertebantur cum incederent.
Sed non revertebantur cum ambularent. Item idem. Cumque as-
picerem alia: apparuit una rota super terram iuxta alia
habens quatuor facies. et aspectus rotarum rotarum quasi visio maris.
et una similitudo ipsarum quatuor. Rota ergo una est quatuor rote.
rotarum. Horum autem roboratur quatuor evangelia in unum opera tamen in
uno propter commoditatem auditorum et temporis brevitatem. expo-
nentes proponunt initium eorum. cum in uno quatuor. cum in unitate
eorum consistunt. variantes non nimis in aliquo. Secundum enim
genera hominis. Christum hominem et factum et natum annuntiat. Luca
scilicet. vitulum. Christum per nobis predicat immolatum. Secundum faciem leo-

nis induentis. Christi regnum invictum potentiamque in re-
surrectione. Ex tamen exclamat Iohannes ut aquila altius
volans divinitatem Christi declarat. qui sicut alius omnino et in e-
ca non per Ceteri enim evangeliste temporalem Christi nativita-
tem et temporalia eius facta que gessit in homine: sufficienter
exponunt. pauca de divinitate eius dixerunt. Unde et quasi alia
gressibilia cum domino ambulant in terra. Hic vero pauca de
temporalibus gestis eius edissens magis divinitatis potentiam
contemplans cum domino ad celum volat. Pretermissa etiam ab
aliis scilicet que dominus gessit primo predicationis sue tempore. Ante
antequam Iohannes baptista incarceraretur. describendo supplet. Aliis
gestis domini descriptis: mores vite plenius informant. Iste
vero fidem trinitatis expressius indicat. Illi active. iste poti-
us contemplative deserviunt. Sicut autem inter omnia poma hoc est omnes
scripturas novum et vetus testamentum precellunt. ita et novum precellit
vetus. et in novo evangelia. aliis scripturis novi testamenti. et evangelium Iohannis aliorum evangeliis.
qui secundum altius et sublimius et subtilius ceteris hausit quidem
ipso sacro fonte dominici pectoris fluenta potavit. Con-
tinet autem in omnium quatuor est gemina natura Christi. vel ipse Christus et eius
gesta cum temporalia. Initio vero omnium. a Iohanne expri-
mitur. ubi ait. hec autem scripta sunt ut credatis quia ihesus est
filius dei. et credentes vitam habeatis. Utilitas ex intentione patet.
scilicet ut cum perfectum in omnibus mandatis dei. heredes sint
dei. coheredes autem Christi. Modus in hoc opere iste est. primo agit in-
to de creatore. ubi in principio et cetera. Secundo. de operibus creatio-
nis. ibi. omnia per ipsum et cetera. tertio. de operibus recreationis. ibi.
fuit homo et cetera. Capitulum in quo Iohannes a dignior. persona et altiori in-
choatur primo legendo occurrit. in quo duas hereses.
tempore suo emersas. aliasque quas previdit in spiritu emersuras.
eliminat. ad munimen ergo ecclesie contra hereses. altius ceteris
intonans. ait. In principio et cetera.

[I]n principio. Verbum ihesus Christus cum esset eternaliter omousyon id est
unius essentie cum patre: dignatus est nobiscum fieri homo et tempora-
liter nasci de virgine. ut sic esset omousyon cum matre.
gigas gemine substantie. ab eterno natus ex patre. Hanc nati-
vitatem Christi temporalem quidam heretici ut photinus et arrius.
eorumque complices attendentes. aliarumque operatione ipsam
iudicantes sentiunt in arrium. destruende eternitatis Christi.
originem temporalis nativitatis. ut eo quod vident ceteros homines in
tempore principium habere: sic astruant Christum habuisse. cum temporaliter
natus sit de virgine. Contra hos ergo loquens Iohannes statim in princi-
pio asserit eius eternam generationem simul et sed ex incidenti
coeternam divinitatem cum patre. Consequenter vero astruit eius tempora-
lem nativitatem et humanitatem in probata utrique: ne veri-
sit amplius in arrium. altius negande. Primo autem probat eterni-
tatem dicens. In principio erat verbum. Ponuntur autem in principio hoc
evangelii quatuor cola id est clausule vel distinctiones. Prima:
In principio erat verbum. Secunda: verbum erat apud deum. Tercia:
deus erat verbum. Quarta: hoc erat in principio apud deum.
Due autem que premittuntur. apposite sunt ad duas hereses
eliminandas que iam tempore Iohannis emerserant. Due sequen-
tes. ad alias duas que nondum emerserant. scilicet quas previdit
Iohannes in spiritu emersuras. scilicet heresim arrii et sabellii. negantium
unum filii cum patre coeternitatem propter temporalem eius nativitatem.
Item filii cum patre contra substantialitatem. Contra illud. Ego et pater unum

.. de Camberone ..

sumus. s. in subā & natura. Item heresim sabellii. et
noeti dicentium unam ee patris psonam & filii. Diuas
aūt glosas ponit hic aug. unā de minutio contra he
res quasdam. que clausula contra quā heresi sit introdu
cta. Aliam de supplemento pretermissorum ab aliis euangelistis. Di
ligenter etiā notanda sunt tria uocabula posita in his
clausulis. s. principium. Verbū. Deus. hoc nomen uerbū
manet imobile. s. ut ubiqꝫ p uerbū: filiū dei intelligas.
Alia uariantur. Nā hoc nomen principiū interdum no
tat patrem ut ibi. In principio erat uerbum. Interdum
principiū creaturarū uel temporis. ut ibidem. secundum aliā
expositionem. & ibi. hoc erat i princ. ap dm. Similiter hoc
nomen deus non est psonale. ibi. s. & uerbum erat apud
dm. i. apud patrem. non essentiale. ut ibi. Verbū erat
deus. i. na diuina. Item distingue & quia hec locutio
in principio: interdum id significat ac si dicatur. in patre.
ut ibi. In principio erat uerbū. interdum id significat
ac si dicatur. ante secula. & eternaliter. ut ibi. hoc erat i prin.
apud dm. Sic quoqꝫ hec locutio apud dm. modo notat
diuersitatem psone. ut ibi. Verbum erat ap dm. s. ut a
lius ap aliū. modo notat idemptitatem essentie. ut ibi.
hoc erat in prin. ap. de. i. filius erat unius nature cū patre
ante secula. & coeternaliter. Ppter unū ergo eliminat euangelista.
heresis arrii. suo tempore emersam. dicentis xpm ee dei filiū.
sed i uirgine habuisse initium. temporalemqꝫ eius generationem
& naturā. trahentis ad negandā eternam. una etiam
cū hac noetianorum heresim intimit. quam fuerunt occa
sionem ab ipsis iudeis habere potuerunt. qui messiam su
um putant ee filiū dei. non tamen putant filium eter
num sed hominem puruū. horum quoqꝫ elidens errores. ait. Verbū
erat in princ. i. filius erat in patre. patri s. coeternus. sed hec
locutio & expositio. desit hic tam soltarie & futurā. i. sensū.
secundum quem post intelliget. quia cū hic notet filiū cū patre
coeternitatem. alibi ubiqꝫ notat essentie idemptitatem.
quotiens enim in sacra scriptura reperitur hec locutio:
filius est in patre uel pater in filio. hunc sensum facit. filius est i
patre. i. patri coeternus. que tamen expositio ex premissa haberi potest.
Ex quo dat. i. idemptitate nature que est in uel theologicis
psonis. potest probari coeternitas unius cū alia. & ita hic antus
positum est p consequentiam. quia hec clausula specialiter & proprie est
introducta contra arrium. non ita autem in naturalibus psonis
ex conformitate nature unius cū alia probatur coeternitas. contra
quosdam negantes coeternitatem filii cū patre. Incipit de eternitate u
bi dicens. In principio erat. u. quod etiā eque est argum. &
magis proprium ad probandum idemptitatem essentie cū patre. Sed
nota quod ait uerbum non filius. quia hoc nomen uerbū magis
facit ad probandum ppositum quam illud. hoc uocabulum enim
uerbum. s. humanum est & theologica. a naturalibus quadam
proportione cū sumptum. Cū enim sint. iiii. facultates. s. lis.
moralis. rationalis. theol. Naturalis sola habet uerba uel sermo
nes rebus de quibus loquuntur. cognatos & accommodatos.
Sed quanto hec opulentior est ceteris. tanto theol. magis indi
gens uerborum est reliquis. quippe ea que sunt in uoce secun
secuntur ea que sunt in anima. Vnde quia theol. sunt incomprehensibilia.
sunt quoqꝫ ineffabilia. & ideo cū opus est loqui de illis: necesse

est uerba nota transferre. Non enim huius cog. sermones. r. d.
q. lo. Vnde theolog. ait. Vtrum tam difficile est in uenire quam
inuentum digne posse pferri & explanari. Sermo nec succū
bit & tremit ut est. uerba non explicant. Cū enim in inqui
rendo deficiat intelligentia: multo magis in eloquendo.
deficit lingua. Veluti quoqꝫ si sit huiusmodi gigantis ascen
dat nanus pusillus gigas ad supportandum onus terre pficit.
Sic theologia ad naturale descendit nobis condescendens sic ut
uerbis sumptis ab ea ad loquendum de deo ascendamus. sed tamen
inter summo aliqua similitudo consideratur & obseruatur. Vnde &
hoc nomen uerbum cū significet uerbū flatile & audibile
quod exit ab ore. significat & mentale. quia a mente gignitur. si ab
ea recedit. ideo non eā cito perit. sed cū mente permanet. secundum quod
ultimam acceptionem que potius est greca quam latina. hic
a theolog. transumitur. ut p ipsum filius intelligatur. Quippe
qui a patre procedit p eternam natiuitatem uel eius in eo ma
net p essentie unitatem. quod nimirum sentiens latine i
hoc uocabulo euangelista. maluit dicere uerbum quam filius. ut ex
ratione similitudinis transsumpta a uerbo mentali. s. conceptu &
cogitatione mentis que cū id est cū mente. & tamen alia
ab ea & ei coeua p hoc nomen uerbum supponeret filium.
daret intelligi. & psonalem diuersitatem & essentie unitatem
& sic equalitatem & tamen coeternitatem. ad quam probandam prin
cipaliter hec clausula introducitur. In principio erat uerbū.
i. in patre non in maria incepit esse. ut quidam uolebant.
sed in principio. i. in patre qui est principium sine principio. est
filius qui est principium de principio. & cū hoc nomen uer
bū sit equiuocum ad uocem uocalem ut ad mentalem. Ea
autem que sunt in uoce. sunt note eorum que sunt in anima. eleganti
similitudine ad utrumqꝫ filius dicitur uerbū. quia habet similitudi
nem cū uerbo intelligibili. secundum quod deus ex patre coeternus. quia non
transit sed manet ut illud. non transit sed manet cū patre & in patre
ab eterno. Cū uerbo quoqꝫ audibili & prolato similis est secundum quod
homo in tempore. quia sicut illud prodit & manifestat cogi
tationem. Sic filius nobis patrem. Vnde io. deum nemo uidit
unquam. unigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit. & ob hoc dicitur uerbū.
non quod desinit prolatum. sed quod permanet natum. Verbū ut dicitur.
uel quod pfertur & transit. ut quando dicitur. deus. uel ad huiusmodi. uel cogita
cio seu conceptio mentis. que ex mente nata. cū ipsa mente p
manet. ut quando cogitas diuinam. secundum. uel aliam rem. hac similitu
dine ideo & sapientia dei. que ex deo nata omnia comprehendit uer
bū dicitur. hic dicitur esse in principio. quia cū ex tempore dicitur nasci ex
uirgine. dicitur non semper fuisse in principio. i. in patre qui est
principium de principio. ipse cū eo principium. sed de princip
io. in quo solum notat eternitas uerbi. quam omnia precedit. Nota
quod istud quod dicitur solum finalem causam assignat. non ut tamen
eternitatem uerbi cū patre. sed & idemptitatem essentie & alietatem
psone probat cū dicit. In principio erat uerbū. sed ad eternitatem
precipue probandam inducitur. Per hoc tamen probatur eadem utriusqꝫ
essentia. & alia a patre psona filii. dicitur enim uerbū esse in principio
i. in patre ut id magis. & si alius in psona. prepositiones enim transitiue
sunt psonarum. Sicque hac prepositione in. notatur distinctio psona
rum. generale enim est in omni facultate quod nichil est in se.
nichil ap se. nichil est genitum uel procedens ex se. Sed dices eadem
quod ratione possis dixisse. pater est in filio. quod excusatur dupliciter

.. De Consolatione ..